et tabathan a turba in naui ꝑfora
ta ſed minime leſi abire coguntur.
venienteſqʒ in ſiciliam multos con
uerterunt Tandem cū venecias ꝑ
ueniſſent. a turba pſequente in vno
ponte vnus diſcipulus in principio
theoniſtus in medio. alius diſcipu/
lus in pontis fine omēs tres decol
lati ſunt Theoniſt⁹ āt caput ſuū ma
nibus ꝓpriis vbi nunc omnes ſepul
ti ſunt deportauit Corpus alteri⁹
albani de quo legēda ſtatim ſequi/
tur. romam delatuʒ eſt donec otto
tertius adhuc puerulus imperauit
cum matre ſua Hec autem a papa
corpus ſācti albani obtinuit ⁊ pro
ſpere maguncíaʒ cum eo venit. vbi
tūc temporis tam corpus ſancti al
bani q̄ʒ ipſam imperatricem valde
honorauit Et quia timuit ſanctum
ſuum albanum iſto ſancto albano
fuſcari per equiuocationē nominis
Vocabatur enim vterqʒ albanus.
petiit ab imperatrice iſtum ſanctuʒ
ad differentiam alterius albinum
nominari Tunc imperatrix albinū
in coloniā duxit. et in loco vbi nūc
veneratur depoſuit. ſibiqʒ ſepulcrū
ante altare eius conſtituit. Fuit et
alius albanus qui paſſus eſt in bri
tannia. xi. kalendas Julii iuxta ci
uitateʒ volannū Hic quidē adhuc
paganus xp̄ianum quendam cleri
cum perſecutionem maximiani im/
peratoris fugientem hoſpicio re/
cepit Quem cum orationibus et ie
iuniis ſemper ſtudere conſpiceret.
exemplis et exhortationibus eius
conuerſus eſt Audiens autē iudex
britanie ꝙ in albani domo clericus
latitareʒ. iuſſit vt cito clericus adue
niret. Tunc alban⁹ hoſpitis ſui ha
bitum induens. a militibus ad iudi
cem vinctus perductus eſt Qui cū
eum vidiſſet et quomodo pro hoſ/
pite ſuo ſe obtulerat cognouiſſet.
cum ſacrificare renueret iuſſus eſt
grauiter verberari et deinde decol
lari Cumqʒ ad locuʒ duceretur ve
nit ad quendam fluuium curſu ra/
pidiſſimo tranſitum prohibentem.
Volens ergo properare ad marti
rium orauit et ſtatim diuiſus fluui/
us viam ei prebuit. Quod videns
miles qui eum decollare debebat.
enſe proiecto penitens veniam po/
ſtulauit. ſicqʒ cum eo ad montē qui
prope erat aſcendit. vbi ſanctus al
banus fontem perhenniter effluen
tem precibus ſuis obtinuit. Proti
nus quidam miles ambos decolla
uit et oculos amiſit Nam cum ſan
cti albani caput in terram caderet
abſciſſū. ſimul et ſui percuſſoris ocu
li deciderūt in terram Et ſic qui im
pias manus in ſanctum domini in
tulit. ſuper mortē eius gaudere nō
eſt permiſſus.

De ſancto huperto

Hupertus nobili exort⁹ pro
ſapia Theoderici regis frā
corū temporibus erat dux
Aquitanie comeſqʒ palatinus in
doctrinis liberalibus eruditus re
galis palacii preſentia inſignitus.
inſecutor adoleſcentum ritus nobi
lium. in armorū vſu habilis ac ſtrē
nuus placenſqʒ populo Hic q2 bo
nus et virtuoſus erat prudentiſqʒ

ingenij.ebroinum regis theoderici
ſeneſcallū.cuius crudelitas regnū
francie grauiter opprimebat.prom
ptiſſimum ad omnē maliciā con
ſiderans execratus eſt omēs illius
actus.et franciā deſeruit.in auſtri
amqȝ ad pippinum cuius iuſtitia et
virtus omnes tirannos compeſcu
erat ſe tranſtulit ſed deuictis ꝑ pip
pinum tirannis ad franciam rediit
Cum ergo in parochia tungrenſi
circa prefatū principē vir illuſtris
Hupertus aliquādiu cōuerſaretur.
in chriſtū tamen adhuc non crede
bat ſed erat paganus et ydolorū
cultor Sicut aūt nobilis genere ita
nobilior erat moribus et virtutibꝰ
Erat namqȝ pius humilis et miſeri
cors.ac per hoc miſericordiā ma
gnam cōſecutus eſt. Die quadam
paſſionis dominice cum hupertus
venationi inſiſteret apparuit ſibi cri
ſtus crucifixꝰ inter cornua cerui quē
cū canibus inſequebatur dicens in
hec vba O huperte vſqȝ quo feras
ſilueſtres venaris? Tempus eſt iā
vt me veneris Ego enī ſum dominꝰ
deus tuus qui hodie pro te et pro
omnibus hominibus crucifixus ſū
Hupertus autē hoc videns et au
diens territus eſt Poſtea vero ad
ſe rediens per conſolationē xpi de
ſcendit de equo.et ad genua ſe hu
militer proſternens ſuper terrā re
ſpondit O domine deus licet de te
ſepius audierā tamen vſqȝ modo
in te non credebam te non cognoſ
cebam et pro vero deo non colebā
Jam paratus ſum tibi obedire in
te credere et tibi ſemper ſeruire Dic

ergo mihi quid vis vt faciā et oſtē
de mihi viam veritatis et volunta
tis tue Tunc iterū dixit ſibi chriſtus
O huperte abnega te ipm et tolle
crucem tuā et ſequere me Addidit
etiam Vade inquit ad Lambertū
epiſcopum traiectenſem quē tu iā
concupiſcis videre ille docebit te et
dicet tibi quid facere debeas vt vi
tam eternam ꝓmereri poſſis His
dictis chriſtus diſparuit. Hupertꝰ
autem de terra ſurgens a venatio
ne ceſſauit.et cum famulis ſuis do
mum rediit laudans et benedicens
deū de miſericordia ſibi data Tra
hente autem huperto adhuc iuue
ne moram tungris perrexit ad tra
iectum vbi erat Lambertus epiſco
pus Qui gratanter et benigne eū
recipiēs baptiſauit inſtruxit in fide
catholica et diebus aliquot eum
apud ſe tenuit. Ex apparitione au
tem Chriſti et ſancti viri Lamberti
colloquio et exemplo cor clariſſimi
principis Huperti adeo immuta
tum eſt ac celeſtis patrie deſiderio
ſuccenſum vt ſpreta mundane po
tentie gloria totus in alium virum
mutatus nouo viuēdi genere ſolo
habitu mundanam dignitatem ꝓ
fiteretur.re vero ipa et affectu non
miles ſed clericus. non comes ſed
Lamberti erat diſcipulus Ex doc
trina ergo ſancti Lamberti renun
ciatis omībꝰ et paupibꝰ datis ac ꝓ
ſtructuris et ornamentis ecclīarū ex
diuite factus voluntarius pauper
chriſtum pauperē ſequi nitebatur
Nilqȝ ſibi retinuit preter loricā quā
ſuper carnem ſuam nudam induit.

et griſeum tabardum quem deſup portauit. et ſic heremum intrans di gnam deo penitentiam peregit nullumqꝫ cibum corporalem ſumpſit. preterq̄m herbas et radices arborum. vinum et ſiceraz non bibit ſed ſolam aquam. multaſqꝫ infeſtationes demonum ſuſtinuit. qui variis modis et plurimis eum temptauerunt ſed eum flectere ſeu vincere nō potuerunt. Vixit autem hupertus taliter quindecim annis. et in decimoſexto miſit Chriſtus angelum ſibi dicentem. Huperte exeas heremum et vade romam. Voluit enim dominus eum ponere ſuper multa vt eſſet ſemita moruz exemplumqꝫ aliorum eo ꝙ fidelis fuerat ſuper pauca. Fuit ergo Hupertus obediens. et exiens heremum acceſſit ad magiſtrum ſuum Lambertum ei reuelans viſionem angelicam et vocationem. Hupertus autem vſus per omnia beati pontificis conſilio romam profectus eſt triumphalia apoſtolorum viſitare limina vt contemptum mundi quez hortatu magiſtri ſui dilecti inceperat per eoruz merita ad effectuz vſqꝫ perduceret eorum precibus commendatus.

Interea cum venerabilis papa ſergius poſt matutinarum officia fatigat⁹ ſomno ſe dediſſet circa ipſius diei auroram qua ſacerdos chriſti Lambertus propter veritatis teſtimoniū coronatus eſt martirio per manus ſcelerati dodonis comitis Grauie. Et ecce angelus domini aſſiſtens ei in viſione ait. Attende diligenter et fidem verbis meis adhibe. Lambertus tungrorum epiſcopus hac hora intra ſanctuariū dei ab impiis eſt pro pietate immolat⁹ propterea cum ſanctis meruit in celeſtibus coronari. En eius paſtoralem baculum a loco paſſionis ſue tibi ſubito tranſlatum ſuſcipe et in hoc ſubſtitues ad regimen tungrēſis eccleſie diſcipulum eius Hupertum nomine quez ad apoſtoloruz limina deuote venientem inuenies hodie. Statim qꝫ papa euigilans cum de viſione adhuc heſitaret iuxta ſe ſicut ab angelo acceperat beati martiris baculum paſtoralem inuenit. Facta itaqꝫ oratione ⁊ immolata hoſtia ad exequendum viſionis preceptum circa limina apoſtoloruz ſtudioſus aduenientium ſcrutator conſedit. Et forte vir domini Hupertus in proximo vico vrbis manſionem acceperat peregrinus. Qui ſtatim deuote ad diu deſidēatam beati petri apoſtolorum principis acceſſit eccleſiam. Quem vt papa ſergius vidit ſciſſitat⁹ eſt ab eo quis ſit et quo nomie appelletur. Cui ille. Ego inquit vocor hupertus veſtre ſāctitatis famulus. Statimqꝫ papa eū gratāter manibus ſuſcipiens adduxit ipm iuxta altaē principis apoſtolorum Petri. eidē reuelans mortē dilecti magiſtri ſui beati Lamberti quez ab angelo didicerat. Quo audito beatus Hup tus dolenter lacrimat⁹ eſt. Cūqꝫ eū papa inſtanter moneret de ſuſceptione regiminis eccleſie tungrēſis et ſanct⁹ hupertus nullo modo ꝯſentiret ſed indignū ſe affirmaret. ecce

diuinitus omnibus beati Lamber
ti epiſcopi pontificalibꝰ a loco mar
tirij ſubito tranſlatis induit. quod
videntes omnes qui aſtabant. am
mirati ſunt gratias deo agentes.
Cum igitur a papa in epiſcopum
eſſet conſecratꝰ quia feruidus erat
in caritate dei omnipotentis ſtatiꝫ
diuinum officium peragere deſide
rabat. et hoſtiam acceptabileꝫ deo
offerre Sic ergo ante altare ſancti
petri pꝛocidēs ad genua oꝛationē
fudit ad matrē miſericoꝛdie vt ſibi
gratiaꝫ apud benedictum filium ſu
um Jheſum impetraret quatinus
diuinum officium cito addiſceret ⁊
vt ſcientiam ſibi neceſſariam ad re
gendam eccleſiam et pꝛo diuino of
ficio debite complendo concederet
Glorioſa autem virgo oꝛationem
eius exaudiens miſit ſibi cum ange
lo ſtolam pulcherrimam. quam an
gelus circumponēs collo ſuo dixit
ei Huperte maria mater chꝛiſti mit
tit tibi hanc ſtolam. et ſicut petiſti
habebis ſcientiam tibi neceſſariam
et perfectam Hoc etiam legitur in
collecta ſācti huperti ſcilicet vt quē
ſuſcepta ſtola ſibi celitus emiſſa. ſa
cri officij ſcientia credimus illuſtra
tum Jſta etiam ſtola vſqꝫ hodie re
ſeruatur in Ardenna in Andagio
clauſtro vbi ſanctus hupertus coꝛ
poꝛaliter requieſcit et contingunt
miracula plurima in eadem. Poſt
ſuſceptionem igitur iſtius ſtole cuꝫ
miſſam ibidem celebꝛaret. apparuit
ei beatus petrus apoſtoloꝛum ꝑn
ceps tradens ei clauem quaſi aure
am in manu geſtandam in poteſta
tem ligandi atqꝫ ſoluendi. ⁊ lunati
cis furioſiſqꝫ ſanitatem conferendi
Clauis auteꝫ ipa vſqꝫ hodie ſerua
tur in eccleſia beati petri in Leodio
¶ Cum autem exequie beati Lam
berti agerētur in eccleſia beate vir
ginis marie in traiecto. audita eſt
vox deſuper eadeꝫ hoꝛa a ſummo
pontifice eis pꝛouiſum foꝛe de con
digno paſtoꝛe beati lamberti diſci
pulo nomine huperto. Accepta igi
tur licentia et benedictione a ſūmo
pontifice. additis ſibi familiaribus
tam ſpiritualibus qꝫ ſecularibus.
ab vꝛbe romana receſſit. ferens ſe
cum clauem a beato petro apoſto
ſtolo ſibi traditam ſimiliter baculū
et pōtificalia beati lamberti quod
audiens dodo. et timens ſe coꝛripi
pꝛopter martirium beati lamberti
et ſimiliter pippinum regem ꝓpter
adulterium quod committebat cū
ſoꝛoꝛe ſua alpayda. quia ſciebat
ſanctum hupertum amatoꝛem ma
giſtri ſui beati Lamberti. et virum
iuſtum et ſtrennuum. congregauit
exercitum magnum et inſidias ſibi
poſuit Fuit autem ſanctus huper
tus pꝛemonitus ab angelo ne foꝛ
midarꝫ quia dominus deus omni
potens ſecum eſſe vellet et eum libe
rare ab omnibus inimicis ſuis.
¶ Cū aūt dodo ⁊ eius exercitꝰ appꝛo
pinquarent ſancto huperto et fa
miliaribus eius cum occidere vo
lentes muniuit ſe ſigno ſancte cru
cis ſicut angelus ſibi pꝛedixerat et
Dodo cū ſuo exercitu fuerunt pla
gati quatuoꝛ hoꝛribilibus plagis
Quia aliqui fuerūt percuſſi moꝛte

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

percuſſi morte ſubitanea. aliqui fue
rũt obſeſſi ſpiritibus malignis. ter
cij morbo caduco. et quarti rabidi
facti Iſtis miraculoſis operibus ꝑ
potentiaꝫ dei omnipotentis oſten
ſis a traiectenſibus humilime ⁊ ho
norifice cuꝫ cruce domini ⁊ vexillis
proceſſionaliter ab omnibus cleri
cis et laycis obuiam ſibi venienti
bus eſt receptus et in cathedra põ
tificali reuerenter eſt collatus Sci
ens ergo beatus hupertus aliam
eſſe legem ſubditorum ⁊ aliam pre
latorum non ea ſufficiebant ei que
olim ſibi ſectando a propoſuerat ſed
in artiora tendens magnopere ſtu
debat ſanctoꝝ patrum veſtigia ſe
qui ſcilicet illorum qui nihil mundi
ale appecierunt ſed pro neceſſitate
proximorum quicquid ſuperfuit di
ſtribuerũt. ſicut de ſancto martino
et beato nicolao et de alijs patribꝰ
ſanctis legitur. Igitur poſt multa
ſanctitatis opera et miracula ſciẽs
tempus ſue reſolutionis imminere.
diſcurrebat ꝑ loca orationis ſe ſan
ctis dei recommendans. veniensqꝫ
ante ſepulcrum beati lamberti mar
tiris diutiſſime cuꝫ lacrimis orauit
rediens quoqꝫ in eccleſiaꝫ beati pe
tri apoſtoli ante altaẽ ſancti albini
protenſis parieti brachijs ait Hic
defoſſa humo locus ſepulture mee
paretur. Per idem quoqꝫ tempus
licet vicinius morte rogatu tamen
quorundam virorum illuſtriũ bra
bantum perrexit. ibiqꝫ eccleſiaꝫ no
uam dedicaturus quam dedicauit
Et acerrimus atqꝫ facundus ora
tor celeſtis curie populuꝫ adhorta
tus eſt ſermone. vt ſcilicet templa
cordis prepararent domino. expli
citoqꝫ ſermone et officio ad pran
dendum ſe cum diſcipulis vertit et
cum in veſperam dies vergeret a
menſa ſurrexit et nauim aſcendit. ex
eunte autem ipſo de naui. protinus
omne corpus eius frigore corripi
tur et ſitis ardore valde aduritur.
et quieſciturus lectulo loco delecto
aptatur. ſicqꝫ a prima feria vſqꝫ ad
feriam ſextam febre eius augmen
ta capiente. et cuꝫ dolor corpori in
fuſus nullo fine coherceretur a do
mino petebat auxilium. et vt inter
eſſe mereretur angelicis ciuibus.
Dixit etiam omnibus circumſtan
tibus iter quos fuerat florebertus
eius egregius filius Mi perdilecti
pro meis intuemini fragilitatibus.
Terminus etenim vite mee adeſt.
Et tunc fudit orationem humilime
ac deuotiſſime ad deum omnipotẽ
tem pro ſubditis atqꝫ ouibus ſuis
vt ſcilicet deus omnipotens vellet
ipſos preſeruare ab omni malo. et
precipue ab iſtis quatuor horribili
bus plagis quibus ſcilicet plagati
erant carnifices ſancti lamberti epi
ſcopi et eum occidere volẽtes Ue
nit ergo ãgelus domini de celo miſ
ſus dicens ſibi. O huperte. exaudi
te ſunt orationes tue eriſqꝫ poteſta
tem habens ſuper cuncta viuentia
in terris Homines eniꝫ et iumenta
ſaluabis. ac eos ab iſtis quatuor
plagis preſeruabis. Cuꝫ ergo ſan
ctus hupertꝰ ſciret ſe exauditũ dixit
ſimboli verba ſcꝫ credo in deuꝫ pa
trem omnipotentẽ ⁊c Iterũ oratio

nis dominice verba ſcilicet Pater
noſter qui es in celis ꝛc. Inter que
verba ſpiritum efflauit. angeliciſqꝫ
euectus manibꝰ celum penetrauit.
Eius autem migratio intuit ſuper
no ꝯuentui gaudium. diſcipulis au
tem et ſubditis pauperibuſqꝫ inter
minabilez luctum conquerentes in
tempeſtiuam ſubtractionem ſui pa
ſtoris Transferunt autem corpus
eius a loco obitus qui vocatur fu
ra vſqꝫ ad leodium que a ſe inuicez
diſtāt triginta miliaribus Per om
ne autem iter oues pie audientes
corpus paſtoris deferri ex omnibꝰ
locis confluxerunt ⁊ dolorem lacri
mis ꝯfeſſi accedentes atqꝫ ſalutan
tes. pugnis etiam pectora verberā
tes clamabant En deſtituimur pe/
riclitantes benigniſſimo periculoꝝ
noſtroꝝ propulſatoē qui doloribꝰ
noſtris conſolator aderat Inopie
qꝫ miſerator. orphanorum alitor.
viduarum defenſor. doctrineqꝫ cele
ſtis eximius doctor. Huius preſen/
tia dyaboli fugabatur ſeuicia. ſecu
li calcabatur pompa et in vno iſto
omnia nobis erant doctrine atqꝫ
operis ſancta emolimenta His vo
cibus planctibuſqꝫ ſimiles iūgebā
tur querimonie quouſqꝫ ſupſcripto
emenſo ſpacio in locum deſtinatuz
ſancti oſſa adduxere preſulis Sepe
lierunt autem corpus ſancti viri cū
omni reuerentia et honeſtate in ec/
cleſia ſancti petri ante altare ſancti
albini ſic ipe diſpoſuerat Obijt aūt
ſanctus hupertus circa annum do
mini ſeptingenteſimumtriceſimum
primū tertio kalendas Junij quā
uis eius feſtiuitas recolatur tertio
nonas nouembris quia tunc corpꝰ
eius cum gloria fuit de terra eleua
tum Poſt hec autem ſancti viri reli
quie ceperunt virtutibus florere et
crebris miraculis enitere ꝑ que do
minus oſtendit quanti meriti eſſet
apud ſe. et qꝫ eſſet membrum ſuper
ne ciuitatis Sacerdotes ergo ꝑus
conſilio deſuper habito iunctis ſibi
aliorum eccleſiaſticorum graduum
turmis anno decimoſexto fideliſſi
mi eius exceſſus mane dominica il
luſcente baſilicam ſancti Petri ade
unt et operculum a ſepulcro ſuſtu
lere cum grauitate qꝫ introſpicien
tes quia putabant more aliorū ho
minum mortaliuz illud ſacratiſſimū
corpus a ſoliditatis compage ſe iū
ctum et puluerī redditum viderunt
glorioſum eius corpus nulla detri
menta paſſum illeſum a diſſolutiōe
atqꝫ putredine reppererunt cum ſu
is veſtimētis. et pro tabo atqꝫ pu
tredine que mos eſt mortalium cor
pora contrahere aromatum more
ſenſerunt odorifero odore feruere
Caput autem illius oculis ꝑluſtrā
tes vident vultuz eius quod dictu
eſt mirabile ſudore perfuſum et ve
lut noctis opace ruſcidulis ꝑfuſuz
guttulis Coronam vero capillorū
alienaz prorſus ab omni leſione. ce
ſariez qꝫ auctaz ⁊ prolixitate ⁊ pul
critudine Neqꝫ etenim candore ſe
nili albebat ſed colore ⁊ viſione ſui
iuuenis caput repromittebat. vidē
tes ergo talia clamabant O mūdi
fabrice ineſtimabilis cōditor Quis
namqꝫ tibi ſimilis in miſericordia?

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qui non ſolum animas ipſorum ſer/
uorum tuorum in paradiſi ſedibus
collocans eternam ipſis felicitatem
attribuis ſed etiam corpora coruꝫ
nature quodāmodo vim anferens
illibata cuſtodis Cuiꝰ meriti ei apud
te iſte eſt cuius exuuie tanta gratia
et honore pollent vt precluſe vētre
terre vim quodammodo ei intule/
rint ne quod ſuum eſt ei liceret ſcili/
cet ne caro de terra ſumpta terra fi
eret . ſed contra legem et modum
mortalium et etiaꝫ terre mandata
caro maneret Ecce ad augmentā/
dum tui nominis magnificentiā nō
modo corporis integritas vultus
qꝫ venuſtas ſed et indumentoꝝ eiꝰ
ꝯſeruata eſt pulcritudo Eodeꝫ ve
ro die huiuſcemodi rei fama circun
quaqꝫ decurrit.et per cunctoꝝ ora
volitans ad palaciū vſqꝫ peruenit
Karolomannꝰ ergo princeps pre/
clariſſimus iam regni francoꝝ cep
tra regens his ꝓceptis regali ſolio
exiliuit vnaqꝫ cum vxore et proce/
ribus palacij ad viri dei corpus ac
ceſſit ⁊ admirans potentiam domi
ni eius virtutem et miſericordiam
⁊ nomē collaudauit magnificauit
et benedixit Corpus etiaꝫ beati vi
ri ex vaſe ſepulcri ſuſtulit et loculo
impoſuit et cuꝫ leticia ymnorumqꝫ
decantatione ante ſacrū altare de/
tulit et munera diuerſa obtulit et tri
buit Et ꝑmanſit corpus beati viri
Leodij in eccleſia ſancti petri circa.
lxxv.annos Poſtea tranſlatum eſt
corpus ſanctiſſimū a Leodio petē/
tibus monachis ex monaſterio ſā/
cti lamberti tempore Lodobici filij
Karoli magni anno.8xx.vndecio
kalend.octobris per venerandum
walcandum epiſcopum leodien.in
ardennā capellam andagien.vbi ꝑ
fati monachi religioſam ducebant
vitam Et inuentum eſt ab omi cor
ruptione alienum ſicut in ꝑma trāſ
latione.

¶ Sequitur tabula legendarum ſm
ordinem alphabeti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf